

406.

Herzog Albert von Sachsen (Vormund des Markgrafen Heinrich) beurkundet dieselbe Angelegenheit. Vergl. No. 405. Landding Kolmiz, 1228 Jan. 15.

Hdschr.: Or. Perg. Hauptstaatsarchiv Dresden No. 283. S., an rothen und grünen Seidenfäden, verloren.

5 :In nomine sancte et individue trinitatis. Albertus dei gratia dux Saxonie, tutor Misnensis et Orientalis marchie, universis hanc litteram inspecturis salutem.: | Ut cause, que per transcursum diei et noctis geruntur in seculo, ab hominum non aboleantur memoria, non incongrue visum est maioribus nostris per candorem pellis | et per atramenti nigredinem earum perpetuari noticiam. Inde est, quod tam presentibus quam futuri evi
10 hominibus notum esse volumus de causa diuturna, | que inter fratres de Cella sancte Marie ex parte una et Sifridum prefectum de Liznic et fratrem Alberonem ex altera parte super monte, qui dicitur Olsnich, et super aliis quibusdam possessionibus ad ipsam ecclesiam pertinentibus versabatur, hoc modo terminata est, ut in lantingo, quod celebratum est Colmiz, ambo fratres omni exactioni et querimonie, quam super claustrum habuerant,
15 ex toto renunciaverint. Huius rei testes sunt: Wenemarum abbas Portensis. Heidenricus prepositus maior Misnensis et Vricus capellanus suus. Iohannes et Cûnradus monachi Portenses. Sifridus, Heinrichus, Albertus, Sifridus monachi Cellenses. Iohannes scolasticus Bûthsinensis. Meinherus prefectus Misnensis. Erkenbertus prefectus de Starkenberch. Hildebrandus de Witsen. Lûdegerus de Repin. Sifridus de Mûglin. Guntherus de
20 Biuerstein. Reinhardus de Strele. Uolemarus de Messowe. Otto et Bodo de Ilburch. Heinrichus dapifer de Burne. Heinrichus et Cûnradus fratres de Nannenstein. Cristianus et Iohannes fratres de Tarant. Cristianus de Otwee et quam plures alii. Huic actioni, que ab incarnatione domini anno millesimo ducentesimo vicesimo octavo, indictione prima, xviii. kal. februarii sub abbate Lûdegero Cellensi celebrata est, sygilli nostri apponimus
25 confirmationem et, ne quis contra hec in posterum venire presumat, vite et rerum apponimus condempnationem; actum feliciter amen.

(SD.)

407.

Markgraf Heinrich übergiebt dem Kloster Buch das Dorf Tautendorf. Grimma, 1228 Jan. 18.

30 *Hdschr.: Or. Perg. Hauptstaatsarchiv Dresden No. 284. Das S., an gelblichen Seidenfäden, ist verloren.*

Gedr.: Schöttgen und Kreysig, Diplomatar. 2, 177.

Ann.: Vergl. No. 405 und Posse, Lehre von den Privaturk. 108, Anm. 4; 112, Anm. 3.

Heinricus dei gratia Misnensis et Orientalis marchio universis tam presentibus quam futu|ris salutem. Cum universa negotia digne in memoria hominum mansura et
35 voce testium | et scripture robore soleant confirmari, ad universitatis vestre noticiam cupimus pervenire, quoniam | claustro in Bÿch ob divinam retributionem villam Tvtendorph